

diani, & Presidentes predicti tam pro vsu proprio, quam alieno, Corporalia benedicere: Ex Fratre Emanuele ubi supra.

¶ Ex priuilegio Adriani Sexti, possunt Prouinciales Indiarum ordinum Mendicantium, & Fratres eorum habentes auctoritatem Omnimodam di*cti* priuilegij, benedicere omnia predicta: etiam pro vsu alieno, si distent ab Episcopis, vel eorum Officialibus per duas dietas [causa iusta interueniente] probono Indorum, put*a*, quia deterenda sunt ornamenta apud Episcopum distantem viginti leucis.

¶ Et ultra hæc possunt Prouinciales extra duas dietas dictas, & intra, super dicta omnia facere, & benedicere pro vsu proprio, vel alieno, in casu necessitatis, Episcopis in Prouincia non existentibus. Immo benedicere Calices, & Sacramentum Confirmationis fidelibus ministrare. Hoc enim concessit Leo. io. Fratribus Ioanni Glapioni, Francis coq; de los Angeles, Ordinis minorum. anno 1521. venientibus ad has Indias Occidentales, & ad alias sub ditione Regis Hispaniarum existentes, & ad alias eis propinquas. Et postea Adrianus. 6. anno 1522. concessit

H h de nouo